



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De eadem re. cxxxvii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

Vt illi quibus vxores ducere licitum non est, aliorum nuptias deuent. Cap. CXXXII.

Ex epist.
Leonis pa
pa, ca. 10

QVIBVS licentia vxores ducendi non est, alienarum nuptiarum euitent conuiuia.

Quod non oporteat in bigami nuptijs pranderes presbyterum. Cap. CXXXIII.

Ex cōcil.
Neoca-
sa, ca. 7.

Presbyterum in nuptiis bigami pranderes non conuenit: quia cum poenitentia bigamus egeat, quis erit presbyter, qui, propter conuiuium, talibus nuptiis possit praebere consensum?

De eadem re. Cap. CXXXIII.

Ex dictis
August.

Presbyteri, diaconi, subdiaconi, vel deinceps, quibus ducendi vxores non est licitum, etiam alienarum nuptiarum euitent conuiuia, neque his cœtibus admisceantur, ubi amatoria cantantur & turpia, aut obscœni morum corporum choris, & saltationibus efferuntur: ne auditus & obtutus sacris mysteriis deputatus, turpium spectaculorum, atque verborum contagione polluat.

De eadem re. Cap. CXXXV.

Ex decre.
Martini
papa, ca.
1.

NON liceat sacerdotibus, vel clericis aliqua spectacula in nuptiis, vel conuiujs spectare, sed oportet antequam ingrediantur ipsa spectacula surgere, & redire inde.

Vt nullus clericus in aliena ciuitate suscipiatur sine commendatitijs epistolis. Cap. CXXXVI.

Ex cano-
ne aposto-
lo.

VT si quis clericus aut laicus ad alteram properauit uitatem, & suscipitur præter commendatitias epistolas, & qui susceperit, & qui susceptus est, communicatio priuetur.

De eadem re. Cap. CXXXVII.

Ex cōcil.
Antioch.
cap. 27.

Nulli peregrinorum sine pacificis, id est, commendatitijs suscipiantur epistolis.

De clericis fugitiuis, ne ab alijs recipiantur.

Ex cōcil.
Aurelia.
cap. 3.

IN cōcilio Antiocheno simul & in Chalcedonensi præcipitur, ut fugitiui clerici & peregrini à nullo recipiantur, nec ordinentur, nisi cum commendatitijs literis, sui episcopi vel abbatis licentia.